

quodlibet 3. art. 16. & 2. q. 101. art. 1. ad 4. & reliqui Doctores clare loquuntur de subsidio temporali, idque iure optimo. Et ratio est, quia cum filius post professionem maneat verus filius, perseverat in eo pietatis erga parentes obligatio, quam status religiosus non impedit, sed perficit. Quare ad omnia statum illum decetia impendenda patri adstruuntur.

19 Sed retentâ hæc sententia oportet amplius explicare, quæ dicantur posse fieri à religioso, salva obedientia, & sui status decetia. Videtur enim nil ei concedi absque sui Prælati licentia. Quia absque ea non est integrum religio-fo aliquam rem temporalem suo etiam labore partam; aut sibi donatam alienare. Atque sæpè non poterit absque Prælati licentia elemosinas ab extraneis petere, etiam non sibi, sed parentibus acquirendas: eò quòd vel Prælati præcepto, vel religionis constitutionibus id interdicitur sit. Quare videtur nunquam posse Prælato repugnante parentibus subvenire. Et ita Manuel questionibus regularibus, secundo tomo, quæst. quinquagesima septima, articulo quarto ait cum nec elemosinas petere posse Prælato licentiam denegante. At rem hæc optime explicare Corduba in summa quæstion. 141. articulo secundo, opinione quarta, puncto secundo, & tertio, & ipsum secutus Ludovicus Lopez, secunda parte instruct. cap. quinquagesimo quarto, & professionem, vel quod statum religiosum arbitrio prudentum dedecet. Ut frater minor nequit pecunias accipere, ut parentibus subveniat, eò quòd contra suam professionem sit. At si Prælati nollet facultatem concedere ad succurrendum modis suum statum decetibus, & non egrediendo ex claustris, nec efficiendo aliquid repugnans suo instituto, optime afferant hi Doctores posse filium occulte, & absque scandalo id efficiere, quamvis repognet Prælati, idque sub pæna excommunicationis interdicit. Ratio est, quia in tali eventu iniquè agit Prælati licentiam denegans, quare cum licentia illa debita sit, poterit religiosus ea non obtinere licet facere. Quod adhuc magis explicat Corduba ibi dicens posse tunc ea parentibus procurare, quæ possit ex Prælati licentia procurare suo monasterio. Unde ego colligo non posse fratrem Minorem accipere pecunias apud se retinendas, ut parentibus succurrat, bene tamen retinendas apud extraneum. Quia eas possit suæ religionis querere de licentia Prælati. Et alii religiosi, quibus non ita strictè interdicitur apud se retinere, possunt etiam eo iniuste denegante, apud se retinere, ut parentibus succurrant. Præterea ex necessariis suo victui, quæ religio sibi impendit, & quæ ipsæ consumpturus erat, possit aliqua ad hoc sibi subtrahere, & dare parentibus, dummodo non ita subtrahat, ut necessarias ministerii religionis vires deficiant. Quia nil religioni aufert, cum ipse contumpturus esset. Possit etiam tempore, quo in rebus religionis non occupatur, aliquo opere religiosi honesto, ut scribendo, aut pingendo aliquid lucri comparare, quòd parentibus inveniat. Quia hæc omnia possit suo monasterio ex Prælati licentia acquirere. Atque ille in his causis iniuste licentiam denegat. Quæ maxime amplecti possunt: cum adhuc sub iudice sit, an teneatur conventu egredi, ut parentibus succurrat, quamvis Prælati contradicat. Imò existimo teneri filium illum his modis subvenire parentibus, si commode, & absque periculo possit. Cum non dedecet suum statum, nec sint contra regularem obedientiam. Quod petunt Doctores citati numero præcedenti, ut teneatur. Quamvis enim sit contra superioris voluntatem, ac cum ea voluntas iniqua sit, utpote, qui licentiam concedere tenebatur, potest subditus salva regulari obedientia ita se habere, quasi ea licentia concessa sibi esset. Credo tamen eam teneri prius petere licentiam, nisi omnino certus sit fore, ut sibi inique denegetur: & postea nequeat tanta facilitate, & securitate parentibus subvenire. Quia religiosum statum dedecet eam non petere, ubi id damnus non timetur. Et quia jus canonicum cap. Licet, de regular. eam licentiam peti iussit ad transitum ad strictiorem religionem. Cum tamen ea denegata sit transitus licitus sit. In dubio autem an inique superior eam licentiam denegat, videtur non posse subditum ea uti. Quia jus possidet superior in subditi voluntatem, quare in dubio id jus prævaleret. At magis placeat posse. Quia etsi in dubio potius sit superioris jus, si tunc illi obediendum, hoc fallit, ut in tractatu de voto obedientie explicabimus, quando edit in grave tertii detrimentum. Quod contingit in hoc casu, cum ea licentia denegata redundet in grave parentum damnus, quorum gravi necessitate nequit aliter filius consulere. Tandem, ut bene notat Corduba ibidem puncto 1. in fine, dicens in hoc universis convenire, est maxime observandum, hæc nullatenus licere filio absque Prælati licentia, quando parentum necessitas non est tanta, quanta necessitate parentibus subvenire teneatur, ad eam solam sublevandam tenetur superior licentiam concedere: ac prorsus extra eam denegans non inique facit, ut ea tanquam debita, & inique denegata possit subditus uti.

20 Atque hæc vera esse censo, quamvis filius ante religionis ingressum ineptus subveniendi parentibus esset: atque in religione didicerit artem, aut facultatem qua subvenire possit. Quia cum iam possit illis subvenire, tenebitur uti modo conformi suo statui.

21 Imò Angelus verb. Religiosus n. 31. & Sylva verb. Religio 6. quæst. 9. aiunt si ex ingressu religionis reddatur impotens filius ad subveniendum parentibus iam in ea necessitate constitutus, videtur teneri monasteria ad alimenta parentibus prestanda. Ducuntur, quia monasterium est loco heredis, & filii, cap. in presentia, in fine, de probat. aut. de sanctissimis Episcop. 6. Sed hoc præsumitur. Hæres autem, est extraneus, tenetur ad alimenta, l. si quis de liberis, §. Item scriptum, ff. de liber. agnos. Potest insuper probari. Quòd monasterium injuriam parentibus intulerit, admittendo filium in conventu. Ergo tenetur illam refarcire, præbendo eis alimenta. At hæc sententia non placet, nisi in eo solo casu, quando monasterium succedit in bona ingredientis. Ducor, quia in eo solo casu, succedit monasterium, ut filius, & hæres, teneturque ad ingressi debita alimenta contrada. Et sic solvitur prior ratio contraria. Posterior autem ex eo diluitur, quòd cum filius non ex iustitia, sed ex solius pietatis lege tenetur parentes alere, non est vera injuria contra iustitiam obligans ad restituendum, admittere filium ad religionem, contempta hac obligatione.

22 Quamvis autem professus nequeat monasterio egredi invito prælati, ut parentibus subveniat, at est iusta causa eius licentia sibi concedenda, quando extra monasterium poterit, & intra minime. Atque ita docet Nav. lib. tertio consil. titul. de regularibus, in prima editione, cons. 55. num. secundo in 2. cons. 71. numero secundo, & commentario tertio de regularibus numero 49. Angles foris secunda parte, quæst. unica de voto, art. 2. diff. 13. Manuel 2. tom. summa cap. 6. numero 2. Et hæc licentiam possunt concedere Generalis, & Provincialis. Ut bene aiunt Navarr. utroque loco, Manuel ibidem. Imò Nav. eo commento 3. numero 49. clare exprimit posse ab his concedi licentiam, ut habitu etiam dimisso sit extra monasterium, quando id prædicto subsidio necessarium esset. Quippe ait prædictam licentiam non concedendam à Pontifice, aut ab ordinario Prælati, nisi quando habitu retento non possit commode ei necessitati subvenire. Sed melius ipsam Navarr. lib. 3. consil. titul. de regul. in prima editione, cons. 54. numero 2. in 2. cons. 72. num. 2. & Manuel proximè allegatus dicunt hæc licentiam à solo Pontifice concedi posse. Cum sit res gravissima, & ædè ad religiosi statum aliena, ut professus etiam factus Episcopus habitum religionis dimittere nequeat.

23 Sed an teneatur Prælati licentiam professo concedere, ut extra monasterium sit, quando id prædicto subsidio est necessarium? Navarr. comment. 3. de regul. n. 49. dicit teneri, quando necessitas præcessit, secus quando post professionem accidit. Sed loquitur iuxta suam sententiam nu. 16. relata, quæ est, ut in priori casu teneatur professus egredi etiam retinente Prælato, non autem in posteriori. At retenta nostra sententia n. 17. explicata, asserente in neutro casu teneri professum egredi: dicendum quoque est, in neutro casu teneri superiorem eam licentiam concedere. Quia tantum tenetur religiosus in monasterio modis suo statui aptis ei necessitati prospicere. Ut diximus num. 18. & 19. Alias iuxta dicta eo numero 19. si Prælati teneatur eam licentiam concedere, integrum esset professio egredi, eo inique denegante.

24 Injussu tamen Prælati resistit, & graviter peccat, quando ob prædicta causa concessit Pontifex licentiam egrediendi professo: nisi quando causam non esse vera existimat, aut professum esse talem, qui minus caute, quam par est, extra monasterium vitam transeat. Et ita docet Nav. eo commento 3. n. 49. At idem censo, quando intra monasterium potest commode subvenire.

25 Demum quatuor observanda sunt. Primum est, hucusque dicta de professorum exitu ad subveniendum parentibus accipienda quoque esse de religiosi Societatis Jesu, qui simplicia biennii vota emiserit. Non enim possunt inivitis superioribus egredi causa hujus subsidii, citra extremam necessitatem: nec superiores teneatur eam licentiam concedere, sed tantum, ut illis subveniendi modis declaratis num. 18. & 19. Quia verè, & propriè sunt religiosi, ac professi, & per illa vota traditi religioni, & effecti jam non sui iuris inlar professorum. Ut docet Gregor. XIII. in sua extravagananti, Ascendente. Et quamvis prima facie videatur facilitas hæc licentia concedenda, eò quòd possunt à Patre nostro Generali absolvi ab eorum votorum obligatione ex causa iusta, qualis est hæc. At ex alia parte edit in gravissimum religionis detrimentum, quæ tot expensis eos aluit: & indecens est, ut exeant, quando causa repulsa urgentissima non est.

26 Secundum est, religiosos, qui ex legitima Pontificis, aut superiorum licentia egrediuntur sunt causa subveniendi parentibus teneri redire ad monasterium ea necessitate cessante. Ut quia iam parentes obire, vel aliunde ei necessitate prospiciunt. Quia iam causa cessavit. Secus esset quando aliquis à Generali Soc. Jesu hæc de causa à votis absolutus ab ea dimitteretur. Quia cum in perpetuum votorum obligatione per dimissionem liberatus sit, non tenetur amplius ad eam redire.

27 Tertium est, seculararem, qui huic gravi parentum necessitati subvenire requiret, nisi matrimonio inito adunum uxoris dote, teneri id matrimonium inire. Quia necessitas eius præcepti implendi præponderat consilio vite cælestis: sicut & religionis ingressi. Et ita docet D. Tho. quod-

quodlibet 10. n. 9. dicens raro posse hoc accidere. Quare idem dicendum est, etsi ille castitatis, aut religionis voto adstrictus esset, siue ante, siue post eam necessitatem. Quia votum obligare nequit contra hoc subveniendi votum, sed si suspenderit, & obligaret, quatenus necessitati illi non præjudicaret. Atque idèd ligatus eo castitatis voto esset sacrilegus fornicando, & soluto eo matrimonio non posset alimide inire: nec eo durante petere debitum absque dispensatione. Et ligatus eo religionis voto teneretur soluto matrimonio ad religionem transire, nisi adhuc necessarius esset in saculo subsidio parentum, aut filiorum.

28 Ultimùm est, hæctenus in toto hoc capite dicta de parentum necessitate, intelligenda quoque esse de cæterorum ascendentium indigentia. Quia omnes illi reputantur, ut parentes, & ita sunt heredes necessarii descendendum, & descendentes ipsorum, & mutuo sibi alimenta præstare tenentur, si necessitas premat.

SUMMARIUM.

An necessitas subveniendi foribus sit iusta differendi ingressus religionis causa, etsi adit votum? Responsum quodam sententia, num. 29.

Explicatur sententia Auctoris: & an idem sit de necessitate aliorum consanguineorum? n. 30, 31, 32.

An ea necessitas sit iusta dispensandi causa? n. 33.

Idèd n. 33. inveniunt alia summaria, qua desiderantur.

29 Quæstio tertia. An necessitas subveniendi fratribus, & foribus, iustam causam differendi ingressus religionis præbeat? Neminem disputantem inveni, præterquam Quip. lib. 12. instr. moralium c. 1. qu. 8. qui ait iustam differendi causam esse fororum necessitatem, quæ a fratre dimittit in impudicitia crimen, aut magnum illius periculum incidere. Quia charitas suadet, ut eorum impudicitiam frater caveat. At non explicat quid dicendum existente religionis voto; nec an non existente voto teneatur differere.

30 Sed primò existimo non teneri cum differere, etsi voto religionis adstrictus non sit. Quia non tenetur succurrere foribus, sicut, & parentibus, priusquam se tanto bono, ut illis subveniat.

31 Secundo existimo esse iustam differendi ingressus causam, etsi votum religionis adit, quando tempus non est præfixum voto implendo, quamvis id impudicitie periculum non subit; & idem intelligitur de magna fratrum necessitate, cuius subsidio vocens necessarius esset in saculo. Ratio est, quia id votum absque decernito executionis tempore exequendi opportunum tamen haberi. Ut probavimus hoc lib. 4. cap. 14. numero quinto. At non est commoda opportunitas, quando sua præsentia in saculo necessaria ad subveniendum est perlonarum adeò sibi conjundarum necessitati. Ad subveniendum autem aliis consanguineis hoc non extenderem. Quia non est tanta obligatio subsidii ipsorum.

32 Tertio existimo, etsi voto illi tempus præfixum sit, illudque accedat, posse ingressum differri ratione magne fororum necessitatis, quando impudicitie periculum esset ratione paupertatis. At citra id periculum, aut ratione subveniendi fratribus, aut alius feminis consanguineis patientibus idem periculum non audeo id asserere. Quia cura fororum auxilio desitutarum fratri incumbens, simul cum eo impudicitie periculo præponderat obsequio illi diuino ingrediti statim religionem: & quilibet vir prudens judicaret majoris obsequii diuini fore, ut differatur ex hæc causa. Quod respectu fratrum non procedit, qui sibi multo facilius & cum minori periculo, quam feminæ prospicere possunt. Nec res ipsa illarum specu aliarum foeminarum consanguinearum. Quia illarum cura non ita incumbit videnti illi. Et ad probandum id respectu fororum confert, quod numer. sequenti ex Corduba referemus.

33 Tandem Corduba summa qui. 141. in fine refert se vidisse dispensationes à Pontifice concessas professis ad exeundum causa succurrendi graui fororum necessitati. Quam esse iustam causam credo, quando illar in graui impudicitie periculo essent, atque breui posset professus ei necessitati succurrere, & redire ad religionem. At ad differendum votum ingressus esset iusta dispensandi causa, quamvis id impudicitie periculum non esset: & ergens etiam fratram necessitas, cui solus frater succurrere posset. Quia non in substantia, sed in sola dilatione exequendi dispensatur. Atque hæc dispensationem posse ab Episcopo concedi, dicimus infra tractantes de voti dispensatione. Et ita facile occurrere poterit scrupulis dilationis ingressus.

SUMMARIUM.

An parentes, & alii ascendentes possint religionem ingredi, desertis filiis, vel descendentiis, etsi votum religionis emiserint? n. 34, 35, 36, 37, & 38. Ubi, & an valeat professio aliter facta?

An si iam professi sint, teneantur exire? n. 39.

Quid, si simplicia biennii vota in Societate Jesu emiserint? n. 40.

34 Quæstio ultima, an parentibus inegrum sit religionem ingredi desertis filiis, & jam professi teneantur egredi ad illis subveniendum? Prima conclusio. Non licet parentibus religionem ingredi omnia filiorum cura: id est, non providendo prius, qualiter educari valeant. Ratio est, quia parentes habent rationem principii, & idèd per se comment illis filiorum cura, & subuenire illis, non tantum ad tempus, sed per totum vitam curriculum. Et hoc est, quod dixit D. Paulus 2. ad Corinth. 13. Parentes debent obscurare filios. Et ita docent D. Tho. 2. 2. qu. ultima, artic. 6. corpore, Taver. cap. 1. art. 1. n. 2. d. 30. D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 2. §. 1. Corduba in regulam D. Francisci c. 2. g. 6. articulo 1. in fine, & omnes.

35 Hinc deducitur, quamvis filii non sint in magna necessitate, non licere parentibus ingredi, si filii rebus ad educationem necessariis careant. Quia DD. citati numer. præced. & præcipue D. Thom. eam differentiam statuunt inter parentes respectu filiorum, & hos respectu parentum: ut parentibus tanquam principiis incumbat per se, & suapte natura, filiis necessaria ad educationem providere: filii autem solibus per accidens ratione magne parentum necessitatis. Quod facti filii thesaurizare, non filiorum parentibus. Ergo etsi filius non pariatur grauem necessitatem, minime erit parentibus integrum ad religionem transire, relicto filio absque rebus ad educationem necessariis. Et ita hoc clare sentit Navarr. commentario primo de regular. numero octavo, postquam enim dixerat posse filium religionem ingredi, nisi pater ita egestate prematur, ut sine ipso sustentari nequeat, addit & contra patrem non posse iuste ingredi, relicto liberis absque rebus educationi necessariis.

36 Secundo deducitur, idem profus dicendum esse, etsi parentes religionis votum emiserint; non enim illud exequi possunt, nisi providendo prius, qualiter filii educari valeant. Quia cum illa sit obligatio per se, & ex natura rei adnexa parentibus non potest ipsi voto aliquo præjudicari. Sicut numero octavo diximus votum filiorum non posse impleri postposito præcepto succurrendi parentibus.

37 Tertio deducitur, idem dicendum esse de aliis ascendentiis, ut avis, proavis, & idèd descendentes parentibus carent: succedunt enim parentum loco eademque obligatiōnem habent. Cum re vera rationem principii respectu descendentiū habeant.

38 Quarto deducitur, qualiter verum sit, quod tradit A. bubenho c. 8. Marti. g. 68. ubi ait posse parentes ingredi religionem relicto filio adultis, secus si parvuli sint: tunc enim ait teneri prius eos educare, vel alii viro probò educandis committere. Id enim tantum est verum, quando bona educationi necessaria relinquerent, vel filii artem didicissent, qua commode vitam transigere possent: in eaque ætate essent, ut paterna cura non indigerent.

39 Secunda conclusio. Si relicti filii absque prædicta cura pater inique ad religionem transeat, in eaque proficatur, valida est professio. Sicut n. 10. diximus valere professionem filii relicti parentibus in magna necessitate. Quia eadem militat ratio: & nullo jure talis professio irritatur. Nec etiam professus tenetur egredi ad subveniendum graui eorum necessitati, vel ad curandum de illis, sed tantum tenetur iuxta suum statum, & salva regulari obedientia illis prospicere. Sicut n. 18. & 19. diximus de filii respectu parentum, & multo majori jure: quia est magis proprium parentum succurrere necessitati filiorum, quam eò contra. Quòd autem non teneatur egredi, procedit iuxta sententiam, quam n. 17. sustinuitur egredi, procedit iuxta sententiam, quam n. 17. sustinuitur de filio professo. Quia rationes ibi tradite procedunt similiter in parentibus. Si enim pater ille jam clericus esset, non posset statum dedecetia exercere, causa subveniendi filii.

40 Ultima conclusio. Idem, quod diximus n. præcedenti de parentibus proficentibus, dicendum est de illis, si simplicia biennii vota in Soc. Jesu relicta filiorum cura emiserint. Ut idem probavimus de filiis numero 25. Quia eadem militat ratio.

CAPUT XXI.

Qualiter obliget votum castitatis, virginittatis, non fornicandi, non inveniendi matrimonii, assumendi ordines, siue ante, siue post matrimonium, emissum sit?

SUMMARIUM.

Quor quæstiones disputanda sint? n. 1.

Ponantur aliqua circa hæc vota remissio, n. 2.

An habenti votum castitatis, non nubendi, aut assumendi ordines, licet matrimonium inire, quando id iudicatur necessarium ad salutem corporis tuendam? n. 3.

An etiam licet matrimonium firmissimo animo ingrediendi religionem ante consummationem? n. 4.

An peccet intus cum hoc matrimonio? n. 5.

Quid sit respondendum effecto his votis interroganti, an valeat matrimonium? n. 6.

An hinc passim in vetera succumbenti consuleri liceat, ut potius ad matrimonium transeat? n.7.
 An voto castitatis adstrictus, & matrimonium iniens possit debitum petere? n.8.
 Quid, si uouens hic sit infidelis, aut alter conjux fornicetur? num. 9.
 An possit aliquando petere gratia alterius conjugis, vel prouocare alterum, ut petat: aut significare illud suum impedimentum, ne ejus petitionem expectet? n.10.
 An tactus hinc liceat cum altero conjuge? n.11. Et ibi, an liceat delictatio in redditione debiti cogitata?
 An tenetur ante matrimonii consummationem ingredi religionem: & ita peccet prima uice consummando? n.12.
 Quid, si iniisset matrimonium animo ingrediendi religionem? numero 13.
 An peccet reddendo debiti prioris bimestri, vel si alter conjux adulteretur? n.14.
 An extra hos casus tenetur reddere? n.15.
 An alter tenetur reddere adstricto voto castitatis? n.16.
 An peccet illi reddens, quando reddidit esse uoluntaria: ne prioris bimestri, ante consummationem: vel quando est postea perpetui diuor-rii causa? n.17.
 An si ambo uotum castitatis ante matrimonium emisserant, possint sibi debitum reddere? n.18.
 An possint aliquando licite commiseri: vel peccent, si alteri signa pe-
 tionis ostendat? n.19.
 An voto castitatis ligatus ignorans debiti petitionem sibi interuallam, sit in confessorio admittendus? n.20.
 An hic tenetur eo uoto ad omnimodam castitatem extra id matri-
 monium seruandam: & ad abstinentiam ab alio matrimonio, mor-
 tuum uirginitatis, an sit uotum castitatis? Et ad quod obliget?
 num. 21.
 Votum ascendendi ad Ordines sacros an obliget ad non consumman-
 dum matrimonium postea inthum, sed ingrediendum religionem?
 Et an obliget ad non reddendum priori bimestri ante consummatio-
 nem, & ad non fornicandum? n.22.
 An obliget ad non petendum, nec reddendam, sed transuendum ad
 ordines, quoties ibi sibi ratione diuor-rii licet: & mortua uxore?
 num. 24.
 Votum non nubendi an obliget nubentem ad ingrediendum religionem
 ante consummationem? n.25.
 An id sit castitatis uotum, & obliget ad non petendum, & abstinen-
 dum a redditione uoluntaria, & a fornicatione? Et ad quid obliget
 eo matrimonio soluto? n.26.
 Ad quid obliget uotum non fornicandi, uel malitios non cognoscenda?
 num. 27.
 Quid quando omnia haec uota post matrimonium emissa sunt? nu-
 mero 28.

Duplex est tractanda questio. Prior est de his uotis an
 matrimonium emittit. Posterior de illis emittis post
 matrimonium.

Questio prior. Ad quid obligent haec uoti ante matri-
 monium emissa? Aliqua diuersis in locis hujus tractatus dis-
 putauimus, quae illic remittenda sunt. Videlicet, an haec
 uota obligent uoti, cui ob frequentes carnis lapsus consul-
 tus esset matrimonium inire. De quo diximus hoc lib. 4. c. 8.
 n. 9. & 10. & an obligent, quando sponsalia praecesserant, vel
 simul cum illis delectatio uirginis: vel haec superueniunt. De
 quo diximus eod. c. 8. n. 11. usque ad 13. Et an uotum castita-
 tis obliget, quando una cum religionis uoto emittitur, &
 hoc deobligat, egimus hoc lib. 4. c. 16. n. 113. Et an obliget,
 quando est necessarium matrimonium ad lubuendum pa-
 rentibus, diximus cap. precedenti num. 27. Et an sit noua cir-
 cumstantia speciem mutans, quoties quis fornicatur contra
 castitatis uotum, diximus hoc lib. 4. cap. 5. num. 7. Multa alia
 late disputauimus in nostro tractatu de matrimonio,
 quae summam repetam, remittendo Auditorum allegationes,
 opinionones, & rationes ad ea loca, ne huc tractari aliquid
 debeat.

Prima conclusio sit. Neutiquam licet adstricto uotis ca-
 stitatis, religionis, non inuendi matrimonii, aut ascendendi
 ad ordines sacros, inire matrimonium ad corporalem salu-
 tem tuendam, quando medici iudicant id necessarium. Quia
 multis aliis medicinis potest illi consuli, & a praesentaneo
 morbo salus obtineri. Ut multis medicorum testimonis eru-
 ditissime probat Matina lib. 4. de sacrorum hominum continentia,
 contra 4. c. 23. ubi a 20. hanc conclusionem tuetur. Quoad
 eod. uota est, ut multi, quos retulimus lib. de matr. disp. 20.
 n. 26. exultant, nec hoc praebere iulam dispensandi in his
 uotis caulam.

Secunda conclusio. Nec licet his uotis adstricto inire
 matrimonium, cum firmissimo transeundi ad religionem ante
 consummationem animo; sed mortaliter peccabit. Hanc late
 probauimus lib. 1. de matr. disp. 43. n. 7. & ultra ibi allegatos,
 eam sustinet Azor. lib. 11. infir. moral. c. 21. qu. 1. Quamuis alii,
 quos retulimus ea disp. 43. n. 6. contrarium teneant. Quorum
 sententiam diximus ibi n. 8. in triplici casu esse ueram. Pri-
 mus est, quando id matrimonium necessarium esset ad ui-
 tandum magnum scandalum. Secundus, quando adesset no-
 tabilis metus, etsi non cadens in uirum constantem, amit-
 tendae uitae, aut famae, non inito matrimonio. Ultimus,
 quando uoto adstrictum non posset aliter religionem ingredi,
 eo quod inclusus tenetur. At (ut ibi diximus) non esset ju-

sta causa, ut ambo conjuges matrimonio inuito castitatem
 uouerent.

Tertia conclusio. Peccant etiam mortaliter, qui uoti
 hujus consilium contrahunt cum his matrimonium, quantumuis
 ad contrahendum paratis. Hanc late probauimus lib. 7. de ma-
 trim. disp. 11. n. 11.

Quarta conclusio. Si ligatus his uotis interroget an ma-
 trimonium cum eis inire ualeat: & interrogato consiliat
 probabiliter, ut detecta ei ueritate matrimonium ineat, quam-
 uis aliqui scrupulose satis loquantur circa modum, quo hic
 tenetur respondere, obligantes eum ad omnino tegendam ui-
 ritatem seculo mendacio. Ut retulimus 17. de matr. disp. 11.
 n. 12. At ut ibidem probauimus, sic dicendum est. Talis in-
 terrogatio est prudenter eludenda, & respondeo grauius,
 & atrox sacrilegium esse illud inire, atque ex ejusmodi sa-
 crilegio matrimonium posse iure optimo infelices exitus, ac
 Dei supplicia timeri: ut vel sic diuerso in alia sermone obli-
 uiscatur directae responsionis interrogans. Quod si prudens
 diuersio non sufficeret, ut interrogans desisteret ab incepta in-
 terrogatione, nulla erit culpa respondere ueritate. Solum
 autem erit uenialis culpa, quando ualde commode potest in-
 terrogans eludi, & interrogato modus id efficiendi occurrit.
 Et tandem nunquam haec culpa excedet limites ueniales,
 nisi quando in respondente adest malitia: quippe quitali tem-
 pore, & forma respondet, ut alter cedere possit cum uelle,
 ut uoto postposito matrimonium ineat: ac proinde responde-
 di modus fit quaedam tacita inducio. Quae omnia latius ibi
 probauimus.

Quinta conclusio. Moraliter loquendo, & in plurimum
 nunquam licet consuleri ligato his uotis, passimque in ve-
 nereae succumbenti, ut minus malum perpetret inuendo ma-
 trimonium. Verum si eis uotis ligatus ita malo inhaereret,
 ut nec dispensationem uoti petere uellet, nec a ueneris des-
 sistere, sed omnino paratus esset ad illud uacandum, spera-
 returque matrimonio inito illi malo consilium fore, licet
 id minus malum consuleri. Hanc probauit lib. 7. de ma-
 trim. disp. 11. n. 29. contra alios, quos ibi retuli absolute di-
 centes fas esse minus id malum consuleri.

Sexta conclusio. Si uotum castitatis adstrictus matri-
 monium ineat, non extinguatur obligatio uoti durante matri-
 monio, sed tenetur sui mortali non petere debitum. Hanc
 probauit lib. 9. de matr. disp. 33. num. 5. & ultra Doctores
 ibi allegatos tenet Azor. lib. 11. infir. moral. c. 21. questio 3.
 contra duas opinionones, quae ibi retuli n. 3. & 4. alteram di-
 centem uotum extingui: alteram uero huc integram esse
 debitum petere. Sed superest satisfacere argumento, quod
 in contrarium fortissimè urget. Quando est notabilis rerum
 mutatio, nec à principio excogitata, nouaque notabilis di-
 fficultas, non obligat uotum, ut probauimus hoc libro quarto
 cap. 2. num. 20. & 21. At nouis hic status effectus notabilis
 mutationem, & multò difficiliorem castitatem promissam,
 abstinentiam à debiti petitione, dormiendo simul cum uxore,
 pro ut nouus status obligat. Nec haec mutatio excogitata
 erat tempore uoti. Cum promittens castitatem tantum ab-
 erat à matrimonio inuendo, ut uinculo uoti se abuenturum
 ab eo promitteret. Dices, mutationem hanc ex uolentis cul-
 pa consergere, & discutiatem hanc esse intricatam, &
 inclusam in ipso uoti objecto: quod est abstinere ab omni
 actu uenero, ad quem fortior matrimonii ius non obligat,
 qualis est debiti petere. Sed haec uasio manifestè corrigit.
 Primo, quia est culpa uolentis contingat ea mutatio nota-
 bilis, dum ea durat, deobligat uotum. Ut ibidem diximus.
 Secundo, quia est abique culpa inuatur matrimonium illud
 post castitatis uotum, non est integrum uolenti petere debi-
 tum. Ut contingeret in eo, qui inuincibiliter oblitus uoti
 illud iniret, vel deceptus ab aliquo impetrante falsam dis-
 pensationem. Tandem, quia uolentemque consergat noua il-
 la difficultas, si est notabilis, excedensque notabiliter uolenti-
 sis existimationem, non obligat uotum: eo vel maxime quod
 difficultas haec ab extrinseco nouo statu assumpto superueniat.
 Fateor argumentum esse fortissimum, & difficile solu-
 tu: at non ob id recedendum est à doctrina communissimè
 recepta, usque Ecclesiae approbata. Et ideo ad hoc argu-
 mentum dicendum est idem, quod hoc lib. 4. cap. 8. num. 10.
 respondimus, quando superuenit notabilis mutatio uexatio-
 nis carnis, ita ut illi uolenti consilium esset matrimo-
 nium inire, applicando uoto modo ad hunc causam: & sic
 dicendum est haec uota tantae esse dignitatis, ut potissimè
 debeat bonum commune ex ipsis consergere, ne ob
 eas mutationes superuenientes, nisi quando essent tales,
 ut esset mortaliter impossibile uotum implere, iudicetur
 uota haec deobligare: sed causam facillimè dispensationis
 praebent.

Atque haec conclusio uerum habet, etsi ille, qui castita-
 tem uouit, infidelis sit. Quia cum haec uoti obligatio sit iuris
 naturalis obligat aequè iniebit. Item est uoti castitatis ad-
 strictus fornicetur, non licebit alteri coniugi simile uotum ha-
 bere petere ab eo debitorum. Ut utrumque probauit lib. nono,
 de matr. disp. 33. n. 6. & 9.

Septima conclusio. Si ille uotum castitatis ligatus sit
 maritus, potest nonnunquam infirmare se uxori, & offerre
 ad usum conjugalem, petereque ab ea debitorum, non in
 gratiam sui, nempe ut suo appetitu morem gerat, sed
 gratia complacendi uxori, & ne reddat matrimonium il-
 li onerosum, quae uerecundia dula non audeat petere. Quia
 hoc

hoc non est propriè petere, sed potius reddere. Quoties au-
 tem hoc liceat, non potest generali aliqua regula praescribi:
 sed prudens arbitrio remittendum est: quo ad speare de-
 bet, ne matrimonium reddatur uxori graue, & onerosum,
 si quoties concubitus appetit, cogatur contra naturalem
 uerecundiam feminam suam in uentrem alius propensionem, atque
 ita uiri concubitus frequentius appetant, ab aliis saepius
 quam quater, ab aliis uero rarius petere licebit in mense:
 unde ad hoc librandum est attentius conflictio natia uox-
 ris, ac eius in uenerem propensio. Ut haec omnia probauit
 libro nono de matrimonio, & disputatio septima, num. primo,
 ubi uoluntario concubitus in uxore non audente praer-
 uerendum petere coniecit. At, ut ibi diximus numero 4.
 quando uxor esset eo uoto castitatis ligata, non est idem
 iudicium regulariter loquendo. Cum enim nec uirum dede-
 ceat, nec uideat debitum petere, non erit ipse onerosum
 matrimonium, si semper dum appetit, cogatur petere. Et
 ideo regulariter non licet huc uxor ab eo petere: nisi uir
 talis sit, ut more feminam non audeat petere: tunc enim
 poterit huc uxor se aliquoties ei ad usum offerre, & eoque
 debitum petere. At si uxor, siue uir sit, poterit debitum
 petere ab altero, non obstante eo castitatis uoto, quando
 sentit in eo continentiae periculum, imò & tenetur petere,
 si spes subit fore, ut ea petitione illud uideatur. Ut pro-
 bavi eadem disputatione septima, numero 5. & 6. Ubi num. 7.
 probauit non licere ad uitium proprium incontinentiae
 alteri suum impedimentum significare, ne ejus petitionem
 expectet. Non tamen tenetur illud ei indicare, ut à pe-
 tendo ablineat, quamuis norit fore ut non petat. Ut utrum-
 que probauimus ea disputatione septima, numero octauo, & po-
 neo. Ex quibus intulimus ibi numero decimo, nefas esse
 coniugi huc ligato uotum castitatis, si incitet alium, ut à
 se petat: & similiter illicitum esse alteri incitare hunc, ut à
 se petat, etsi in eo periculum incontinentiae sentiat: & sic
 uitabit id periculum, nec incitabit alium, ut petendo
 peccet.

Octaua conclusio. Coniugi habenti id castitatis uotum
 non licet delectatio partis sentire etiam de redditione debi-
 ti concepta sub conditione, si petatur: scilicet de gaudio, &
 delectatione uoluntatis sub ea conditione, & similiter non li-
 cent tactus nisi ad expressam, vel tacitam alterius petitionem:
 sed omnia haec sunt peccata lethalia contra uotum. Hanc
 contra alios probauimus 19. de matr. disp. 44. n. 25. & ibidem
 26. probauimus omnia haec licere, quando solam esset uotum
 non repetendi debiti.

Nona conclusio. Qui post uotum castitatis matrimo-
 nium inuit, non tenetur ingredi religionem ante matrimo-
 nium consummationem, ut uotum illud feruare possit: ac pro-
 inde non peccat consummando matrimonium, ipso non peten-
 te, sed reddente. Hanc probauimus libro 9. de matrimo-
 nio, disputat. 34. num. 3. contra alios, quos ibi retuli numero
 2. dicentes teneri huc ingredi religionem, & ita peccare
 mortaliter prima uice, qua contumet. Quorum etiam opi-
 nionem sequitur Azor. lib. 11. infir. moral. cap. 21. quest. 2.
 7. & 9.

Quarta conclusio uerum habet, etsi ille iniret matrimo-
 nium, siue licite, siue illicitè, cum firmissimo transeundi ad
 religionem animo, ante eius consummationem. Ut probauit
 lib. 11. de matr. disp. 43. n. 9.

In duplici tamen casu peccat mortaliter reddendo de-
 bitum ligato uoto castitatis. Prior est prioris bimestri post ini-
 tum matrimonium, peccat enim mortaliter prima uice, qua
 tunc consummat matrimonium etiam reddendo debitum.
 Posterior est, quando ob delictum alterius conjugis, ut ob
 adulterium, vel facta diuor-rii perpetui causa, cum ipse sit
 innocens. At si remittat adulterium, siue uerbis, siue factis,
 aut ipse postea adulteretur, & sic compensatio fiat, non pec-
 cabit deinceps reddendo debitum. Quia cum remissio, &
 compensatio ualeant à uitijs ius denegandi debitorum. At re-
 missio illa, nisi ignorantia, aut obliuione excusatur, fuit cul-
 pa mortalis, & similiter illud adulterium praedictum, est
 haec circumstantia specifica necessario contentum nempe
 redditum esse per illud, vel per illam remissionem, cum;
 religionem emittit uenerat, impotentem ad plenè seruandum
 suum uotum, abstinendo etiam à debiti redditione. Ut haec
 omnia probauit lib. 9. de matr. disputat. 6. numero 14.

Decima conclusio. Transacto eo bimestri, vel semel in
 illo iam consummato matrimonio, dum non fuerit iusta di-
 uor-rii causa, tenetur uoto castitatis emisso ante matrimonium
 adstrictus reddere debitum. Conclusio est omnium: & ratio
 est, quia fortior matrimonii lex obligans est iustitia ad reddend-
 um debitum, & traditio proprii corporis per illud facta ad
 hunc usum, praeparando uoto illi castitatis.

Undecima conclusio. Etsi praedictum uoto castitatis li-
 gatus peccet debitum petens, ad alter tenetur ei reddere.
 Hanc probauit contra alios libro 9. de matrimonio disputat. 6.
 num. 7.

Dodecima conclusio. Quamuis conjux non tenetur
 reddere priori bimestri ab initio matrimonio, eoque nondum
 consummato: nec quando est causa perpetui diuor-rii ob deli-
 ctum alterius, ut ob adulterium: at non peccat reddendo tunc

illi ligato uoto castitatis. Hanc probauit eod. disp. 6. n. 12. con-
 tra alios, quos ibi n. 11. retuli.

Decima tertia conclusio. Si uterque conjux ante matri-
 monium uoto castitatis ligatus erat, neuter potest ab altero
 debitum petere: ac petenti tenetur alter reddere casu, quo te-
 neretur, si alter uoto ligatus non esset. Hanc probauit contra
 alios lib. 9. de matr. disp. 33. n. 2.

Decima quarta conclusio. Possunt hi conjuges, qui
 ante matrimonium uouerant castitatem, simul aliquando com-
 mitteri abique culpa: non quidem debitum petendo; id enim
 aduertitur uoto emisso: sed quando quilibet sentiret alium
 indigere, ob continentiae periculum. Imò sentiens in altero id
 periculum, cui copula illa potest obuiare, tenetur ab eo pe-
 tere: & si uterque sentiret in altero id periculum, tenetur
 uterque. Possunt etiam committeri, quando uterque conjux
 nosset alterum affectare copulam, & petiturum, si posset.
 At neuter potest alteri signa petitionis ostendere: id enim est
 petere. At alter tunc tenetur reddere. Quare si uterque
 simul ea petitionis signa ostendit, peccabit uterque, quate-
 nus petit, neuter tamen, quatenus reddit: sed uotum redde-
 re tenetur. Quae omnia probauit lib. 9. de matr. disp. 7.
 n. 11. & 12.

Decima quinta conclusio. Si ligatus uoto castitatis igno-
 rat inuincibiliter sibi petitionem debiti interdiciendum monen-
 dus est à confessorio, quando creditur fore ut monitio pro-
 fit, eo quod facilis est aditus ad potentem dispensare, ut ad
 Episcopum, vel alium, qui ex privilegio possit. Si uero is a-
 ditus non esset facilis, eo quod abesse, & medio eo tempo-
 re probabiliter creditur fore ut conuictus non ablineat à peti-
 tione, atque ita peccata lethalia admittat, sit peccatum non
 est, donec confessorius dispensationem impetrarit, vel pos-
 sit habens dispensandi potestatem abique eo periculo consu-
 li. Ut probauimus lib. 9. de matr. disp. 33. n. 10. iuncta disp.
 27. num. 10.

Decima sexta conclusio. Praeter didos effectus, quos
 habet uotum castitatis inuito postea matrimonio, retinet quoque
 alios duos. Prior est, ut quaecumque uoluntate castitatis citra
 eam, ad quem lex illius matrimonii obligat, sit facillime con-
 tra uotum. Posteriorior, ut soluto eo matrimonio obliget ad
 abstinentiam ab alio inuendo. Hanc probauimus 19. de ma-
 trim. disp. 33. n. 11.

Decima septima conclusio. Votum uirginitatis est na-
 tura rei obligat ad perpetuam castitatem seruandam: & sic idem
 de illo dicendum est, quod haec uis diximus de uoto castitatis.
 Quod quidem intelligendum est, nisi expressa uolentis intentio
 fuisse obligandi se ad totam à primo actu uenero abstinen-
 tiam, ut uirgo permaneret: & non nisi secundario, & conse-
 quenter ad abstinentiam ab aliis actibus. Tunc enim amissa uir-
 ginitate per primum adum uenero cessat penitus uoti ob-
 ligatio: Sed ubi dubium esset de intentione, censendum est
 id uotum obligare a priori modo, nempe, ad perpetuam conti-
 nentiam. Quando autem esset illa specialis intentio, & non-
 dum amissa est uirginitas, tenetur ille non inire matrimonium.
 Quod si ineat, non poterit petere prima uice, petende ac si
 castitatem uouisset. Quia petitiō illa est uoluntaria, & uoto
 opponitur. Qua ratione, nec poterit reddere prima uice prioris
 bimestri ab initio matrimonio. Quia tunc quoque redditio
 est uoluntaria. At eo transacto non peccabit reddendo. Iux-
 ta sententiam, quam secuti sumus n. 12. dicentem non teneri
 uoto castitatis adstrictum, & inuentum matrimonium, transi-
 re ad religionem; ut uotum perfectè impleat. Semel autem
 consummato matrimonio, cum iam uoti materia facti sit im-
 possibilis, atque ideo uoti obligatio cessarit, poterit petere,
 & reddere, & soluto eo matrimonio ad aliud transeire, nec
 peccabit contra uotum fornicando. Ut haec omnia probauit
 lib. 9. de matr. disp. 33. n. 7.

Decima octaua conclusio. Votum assumendi ordines
 sacros ante matrimonium emittit non obligat ad illud non inuen-
 dum: ut diximus n. 3. & 4. at semel eo inuito non obligat iux-
 tiorum sententiam ad transeundum nondum eo consummato
 ad religionem, ut impleri ualeat. Et potest hic tuta conscien-
 tia consummare matrimonium, siue petendo, siue reddendo,
 etiam prioris bimestri ab initio matrimonio: & ita nullatenus ei
 interdicitur petitiō, vel redditio, nec etiam peccat contra id
 uotum fornicando. Quae omnia probauimus lib. 9. de matr.
 disp. 33. n. 15. in fine, & disp. 34. n. 6. Et cum non teneri ingredi
 religionem est uerum, etiam si matrimonium inierit cum fir-
 missimo ingressus illius animo. Ut hoc c. n. 13. diximus idem
 de habente uotum castitatis.

Decima nona conclusio. Hic uoti ordinis sacri assu-
 mendi adstrictus, & iniens postea matrimonio, si effectus
 postea iusta diuor-rii causa ob adulterium uxoris, peccat mortali-
 ter petendo, vel reddendo, vel remittendo iniuriam illam,
 vel simile adulterium admittendo, aduertens per id se reddi
 impotentem ad uotum implendum. Et denique tenetur ad
 ordines ascendere, quocircumque, non obstante eo matrimonio
 id sibi licet, eoque dissoluto. Quae probauit lib. 9. de matr.
 disp. 33. n. 16. & 17.

Vigesima conclusio. Votum non nubendi obligat ad
 non inuendum matrimonium, ut diximus n. 3. & 4. at eo inuito
 non obligat ad religionem ingressum ante consummationem.
 Ut probauimus lib. 9. de matr. disp. 34. n. 7. Quod est uerum,
 etiam si uolens id iniisset cum firmissimo ingrediendi religio-
 nem animo. Ut de habente uotum castitatis diximus hoc c.
 num. 13.

26 Ex quo deducitur, hunc nunquam peccare contra votum, siue petendo, siue reddendo, etiam priori bime-

27 Ultima conclusio. Votum non fornicandi non obligat ad abstinendum a concubitu licito, qualis est conjugalis. Quare licet id votum habeat integritatem ad nuptias transire, & eis uti, siue petendo, siue reddendo.

28 Quæstio posterior est, de omnibus his votis emissis post matrimonium ratum, aut consummatum. Sed quia hoc raro evenit, & est res proxima satis, libuit hic non explicare, sed remittere ad nostrum de matrimonio tractatum, ubi lib. 9. disputatio 35. & duplici sequenti latissime de his egimus.

CAPUT XXII.

Qualiter votum pœnale obliget?

SUMMARIUM.

Quid sit votum pœnale? n. 1. An sit votum pœnale sub hac forma, Voueo religionem, si luteri, vel si filius meus luteri? n. 2.

An tunc sit contra votum ludere, Et quid, quando sub hac forma, Voueo non ludere sub pœna religionis? n. 3.

An quando materia principalis voti est incepta, quia mala, aut indifferens, &c. votum pœnale rei bona obliget? n. 4.

Quid, si non rei ipsius, sed pœna sit votum? n. 5.

Quid, si ille putabat se obligari, vel euentus postea subsequens declarat ipsum non esse obligatum? n. 6.

Quid, si materia principalis erat a principio apta, & postea sit incepta? n. 7.

Quid de voto, aut iuramento homini profecto ingrediendi religionem, aut alterius pœna, si quis hanc non acceperit in uxorem? n. 8.

An ablato voto principali per irritationem, dispensationem, aut commutationem, auferatur obligatio pœnae, & illa valeat non expulso voto pœnae, & debeat esse maior commutatio, maiorque dispensandi causa ratione pœnae? n. 9.

Et ibi an possit altera obligatio tolli abque altera? n. 10.

An, si impetratio irritatio, dispensatio, aut commutatio pœnae, oporteat quoque narrare principalem voti materiam, & in voti commutatione, & dispensatione attendenda sit sola dignitas materiam in se, vel etiam respectu votantis? n. 10.

An votum pœnale capitatis, aut religionis, obliget ad expectandum euentum conditionis, & ad non incedendum antea matrimonium? n. 11.

Quid, si conditio non pendet ex votantis voluntate? n. 12.

Quid, si quando obligatio ad penam incurrit, iam est initium matrimonium? n. 13.

An votum pœnale obliget ad penam, quando transgressio continet abque culpa, aut ex obliuione, aut alia causa excusante, vel transgressio fuit in re leui, aut pœna obliuione, & ad penam? n. 14.

Quid, si votum pœnale absolutum emissum, an obliget transgressorem sola prima vice ad penam? n. 15.

Quid, si votans crederet sola prima vice obligare votum, siue quo ad principalem materiam, siue quo ad penam? n. 16.

An quando est votum faciendi aliquid intra certum tempus sub quadam pœna, obliget pœna ante id tempus, quando inuestiduo nequit impleri? Explicatur quid in promissionibus humanis, & conciliantur duo textus, n. 17.

Quid quando pœna trahit scem executionem, ut si se excommunicatio non facientem certo termino, an incurrat ante terminum, quando in residuo nequit fieri? n. 18.

An ante illud tempus agi possit cum effectu ad penam? Et cuius utilitatis sit dicere antea incurri? n. 19.

Explicatur quid in voto dicendum sit, & an veri executione prorogata, censetur quoque pœna prorogari? n. 20.

An obligent votum pœnale, & conditionale, præcisè ea die, qua impletur conditio? Et si quid particula, si, significet quando? n. 21.

An mora iudicanda sit in his votis à sola die impleta conditionis? n. 22.

1. Præmittendum est, votum pœnale esse, quotiens votans, vel iurans minimè sibi affectus ad rem illam tamquam pœnam sibi promissam, sed illam sibi tamquam crimine, quod caere optat. Ut si quispiam voueat, vel iuret se non iuraturam sub pœna castitatis seruandæ. In quo voto animus directe fertur ad vitandum ludum, & solum in ludi pœnam castitatis vouetur. In quo autem distinet à conditionali, explicabimus capite sequenti, numero primo.

2. Bifariam autem potest emitti. Priori modo, quando utrumque sub voto, vel iuramento clauditur, nempe, vitatio illius rei, & solutio pœnae, ea re non vitata. Ut cum quis sic vouet, Voueo me non iuraturam sub tali pœna. Posteriori modo, quando iuramentum, & votum sunt de sola pœna, & res vitanda ponitur sub conditione in cuius euentu promittitur pœna. Ut Voueo religionem, si luteri. In quo euentu quibidam placet non esse votum pœnale, sed conditionale. Alii volunt esse votum pœnale. Utroque, & eorum rationes retuli lib. 8. de matrimonio, disputat. 10. nu. 2. ubi num. 3. retuli alios tenentes mediam sententiam, quam ibi amplectus sum, & nunc quoque amplector: quæ est, si animus votantis non sit affectus ad rem promissam, ut religionem, sed quod rem in conditione positam, nempe, ludum illum vitet, proponit sibi in pœnam religionem, est verè pœnale. Si verò ex affectu rei promissæ voueat, casu tamen, quo ponatur illa ludi conditio, non eligens tunc religionem tamquam sibi odiosam, ac in pœnam, sed tamquam sibi gratam, ut in eo statu vitam quietam transigat abstinentes à ludo, est verè conditionale. At rarissime dixi ibi vota hæc posteriori hoc modo fieri, & ita ferè semper esse pœnalia, & à communiter accidentibus talia

taliam in dubio iudicari, ubi non constat de contra votantis intentione. Atque simili distinctione utendum ibi dixi, quando pater vouet, aut iurat religionem, aut aliquid aliud, si filius luteri: atque in dubio intentionis ceteri pœnalia.

3. Prima conclusio sit. Quamuis votum pœnale utroque modo emissum obliget, utpote quod est de re licita: ad latum est dicendum quo ad obligationem. Quippe priori modo emissum est duplex vitæ votum: alterum absolutum illius rei promissæ, ut non ludendi: alterum autem conditionale pœnale illius pœnae casu, quo ludatur. Quare ludendo tunc peccatur contra votum, vel iuramentum & remanet sub eodem vinculo obligatio ad pœnam. At posteriori modo, est unicum solius pœnae subeundæ votum casu, quo ludatur. Quare ludendo non peccatur contra votum, vel iuramentum, sed manet sub eo vinculo obligatio ad pœnam. Ratio differentia est clara, quia priori modo promittitur res illa, & pœna; at posteriori sola pœna. Et ita docent Martini x. 2. gustf. 96. artic. 4. ad 2. Azor. lib. 11. in titulum, moral. cap. 7. §. 8.

4. Secunda conclusio. Quando principalis voti, vel iuramenti verè pœnalis, materia est incepta, ob quamcumque rationem est contingat, & idèd votum, & iuramentum de illa non obligat, votum quoque de pœna imposita non obligat. Ut si quis promittat, vel iuret rem malam, ut vindictam, vel indifferenter sunt, ut non ludere cum persona determinata, vel in quadam speciali domo, vel certo ludo in casu, in quo hæc indifferenter sunt, vel rem impossibilibus simpliciter, aut sibi, ut ingressum religionis, in quam iuxta eius institutum admittitur, sub pœna castitatis, ita nec votum pœnae. Quia pœna principalis non obligat, ita nec votum pœnae. Quia pœna non per se, & principaliter promittitur, sed ut accessoria voti principali. Cum ergo principalis obligatio non subsistat, nec accessoria eius naturam sequens subsistet. Regula accessoria de regul. juris, in 6. regula Cum principalis; ff. eodem tit. Et docet Alexor. summ. cap. 6. ad suum, fol. 59. vers. La prima es.

5. Atque idem dicendum est, si esset votum solius pœnae, casu, quo verè pœnale est, iuxta dicta n. 2. Si enim principalis, quam intendebat exequi, aut vitare, & in cuius euentu eam pœnam sibi statuit, non est apta voti, vel iuramenti materia, ita ut hæc de illis emissa non obligarent, nec votum, vel iuramentum de ea obligant. Ut si quis volens vindictam sumere de aliquo, vel nolens ludere cum aliquo, vel in domo certa, vel certo ludo casu, quo hæc sint indifferenter, voueat; vel iuret in sensu pœnali, se ingressurum religionem, si vindictam non sumperit; aut si ingressus fuerit ad ludendum illam domum, aut si luteri cum ea persona, vel eo ludo, est protinus irritum votum. Quia materia illa bona promissa non promittitur per se, & principaliter, sed in pœnam illius rei omittit, aut committit. At ingressus religionis in illius pœnam non pertinet ad Dei obsequium, sicut nec res illa principalis.

6. Nec quiddam refert, si ille falsò putaret, quando vouet, se obligari ad pœnam, vel illud rei principalis votum obligare, & ita ex conscientia erronea peccaret in transgressione; adhuc enim votum non ligabit. Quia ignorantia votantis nullam obligationem producere potest, quando materia obligationis inueniendæ incepta est. Sed maior difficultas est, quando solus euentus post voti transgressionem subsecutus ostenderet hunc excusari à voto exequendo. Ut si quis promittit religionis intra annum ingressum, cuius casu erat, sub pœna castitatis seruandæ, & omisit diligentiam ingressum necessariam illo anno; at transacto anno eam petit, & sufficienter petita denegatur sibi in perpetuum; ac certum est idem fore, si anno, quo tenebatur, eandem diligentiam adhibuisset. Videtur enim hic ad pœnam obligatus. Quippe non tantum quo ad suam conscientiam erroneam, sed re ipsa votum transgressus est. Quia re vera ea religio erat sibi possibilis secundum eius statum, & tenebatur intra eum annum apponere diligentiam debitam, ut admittenter; eamque omisit; & solum est verum eum excusari à transgressione, quamdud non admittitur. At probabilis est, hunc non teneri ad pœnam ad votum rei principalis; eò quòd ignoret fore, ut non admittatur; quare si id ceteri, ad nullam diligentiam adhibendam teneretur. Sicut etiam promittens religionem, cui fecendam eius statuta ineptus est, & ignarus statuti non adhibet diligentiam ut admittatur; reus est voti iuxta suam conscientiam; ac cum postea sciret se fuisse ineptum, non tenebatur ad votum, nec ad pœnam. Atque idem dicendum est, si comperiret post eum annum diligentiam eò adhibitam fore frustraneam; quia certum est eò non admittendum, non enim tenebatur ad pœnam, quam eò anno diligentiam peccando omiserit; est postea non expellatur, sed admittatur transacto eò anno. Quia votum non verè obligabat ad rem illam frustraneam; sed ex sola vouentis ignorantia.

7. Ex his deducitur, votum pœnale utrovis modo emissum, ita dependere à materia principali; ut quamuis ea ab initio esset apta voti materia, & sic votum pœnae obligaret; ac cessante pœnae obligatio cessante illius materie honestate. Ut si quis promittit non ingredi certam domum sub pœna religionis, vel religionem in penam ingressus, si illam ingrediatur, eò quòd esset ibi mulier ad fornicandum prouocans,

non teneretur ad penam muliere illa domicilium mutante, & sic ingrediens. Quia iam res principalis promissa, aut desiderata, nempe, non ingredi illam domum, est indifferens, & inepta voti materia. Et ita procedunt rationes tractatæ numero quarto & quinto, ut votum pœnale tunc non obliget.

8. Secundo deducitur, quid dicendum sit de voto cum aliqua persona matrimonii induendi, sub pœna ingressus religionis, vel ingrediendi religionem, si illam vouens non duxerit, quando sensus est pœnalis, sicut explicauimus numero 2. Et quidem potest hoc votum personæ illi emitti, promittendo illi matrimonium; & vouendo, vel iurando religionis ingressum, si fides seruata non fuerit, ita ut tunc votum adhibeatur inslar iuramenti ad confirmandam eam promissionem. Et in hoc casu votum non obligare, latè probauimus libro 7. de matrim. disp. 88. nu. 37. At difficultas est, quando eò promissio soli Deo fieret. In quo casu non loquitur cap. Gemma de sponsal. interdicens pœnam in sponsalibus apponi. Quare tunc videndum est, an votum illius specialis matrimonii induendi valeat, an non. De qua re satis egimus hoc libro 4. cap. 3. à num. 51. usque ad 55. Et aduertendum est stare posse, ut valeat in hoc votum matrimonii ob carnis illecebras, non autem valeat votum huius matrimonii, sed res indifferens sit. Ut stat votum non ludendi valere, cum tamen non valeat votum non ludendi cum hoc. Quare considerandum est, an votum illius specialis matrimonii valeat, iuxta ibi tradita, & si non valeat, nec valebit quoque votum pœnae. Ut constat ex dictis numero 4. & 5. & si verò illud valeat, valebit quoque hoc. Ducor, quia cap. Gemma de sponsalibus, solam pœnam sponsalibus inter ipsos contrahentes adjectam interdicit; nec de voto soli Deo emisso quiddam agit. Nec est eandem ratio, ac de pœna per modum contractus apposta inter ipsos contrahentes. Quia hæc à solo matrimonio coactis; quam tunc ille vitare voluit. At quando est soli Deo votum emissum, est facilis dispensatio, aut commutatio prælati.

9. Tertio deducitur, quid in ea questione dicendum sit, an ablata principalis voti obligatione ante incurram penam, auferatur subinde obligatio pœnae. Ut si quis votum non ludendi emittit sub pœna ingressus religionis, Alexor. summa cap. 13. ad finem, fol. 59. vers. La segunda doctrina, & vers. En quarta doctrina ait sufficere auferri per irritationem, dispensationem, aut commutationem, obligationem operis promissi, ut consequenter tollatur obligatio pœnae nonnullum incurrit. Id autem minimè probari. Quia obligatio ad pœnam est accessoria obligationi voti principalis. Ergo hæc destructa per irritationem, vel dispensationem, vel commutationem, destruitur quoque illa, iuxta dicta n. 4. §. 7. Nil referre videtur, an cesset obligatio voti principalis ratione materie ineptæ, vel quouis alio modo. Cum eadem ratione ratio obligationis accessoriae ad pœnam dependens à voto principali. Et confirmatur, quia vouens ire Romanum, sacro indutus, eò ipso quòd à peregrinatione deobligatur, manet liber à voto facti illius induendi, quod fuit accessorium. Secundo, quia si ille profusus voti immemor, contra illud faceret, non esset pœna obnoxius. (Ut à num. 14. probauimus.) Cuius non est alia ratio, nisi quia ille non est transgressus voti principalis, cui est adnexum pœnae votum. At ablato voto principali his modis, iam illud non obligat, & sic contrariuendo non violabitur. Ergo non obligabit pœna. Sed pro contraria parte fortissimè urget. Quia ibi sunt duo vota, ut diximus numero 3. ac proinde utrumque indiget dispensatione, irritatione; vel commutatione. Dices esse duo vota; at posteriorius esse accessorium, & dependens à priori. Et sic cessante obligatione prioris voti, cessabit quoque posterioris. Sed contra est, quia potest una separari ab altera per irritationem, dispensationem, vel commutationem, tollendo, aut commutando solam obligationem ad rem principalem, vel solam obligationem ad pœnam, manente altera obligatione. Ergo utraque obligatio separari potest; ac proinde quando sola principalis propolita est irritandi, dispensandi, vel commutandi, ea sola cessabit. Secundo, quia alius in commutatione voti non ludendi sub pœna religionis, nulla esset habenda ratio religionis in pœnam promissæ, sed solus ludi: si quidem cessante non ludendi obligatione, cessaret quoque obligatio religionis. Nec esset opus eam explicare in dispensationis voti illius non ludendi imptetratione; imò valeret dispensatio mentiente imptetrante dicendo, nullam sibi impositisse pœnam; eò quòd fuerit mendacium circa rem vanam, & dispensationi inutilem. Quæ manifestè apparent falsa; cum multò maioris obsequii diuini votum sit non ludendi cum illa pœna, quam non ludendi absolute. Quia in priori casu est votum de duplici obsequio diuino; & ita maiorem commutationem exigit, & maiorem dispensandi causam. Et confirmatur quia si quis promississet se iturum Romanam facco indutum, quamuis hæc circumstantia peregrinationi accessoria sit, & voto peregrinationis omnino cessante cessare obligatio illius. At necessaria esset mentio illius in irritatione, dispensatione, & commutatione; & maior commutatio, maioriq; dispensandi causa opus esset in voto illo ratione illius circumstantiæ, utpote que meritum, & dignitatem peregrinationis auget. Nec obstant rationes contrariæ. Quia illis respondendum est, obligationem pœnae pendere à voti principalis obligatione; at ita pendere,